me pater, familiari licencia collocutus sum;
superest dictorum racionem querere simulque
quid intendam, breviter patefacto epistolam
claudere. Illud igitur constat in primis, si
nullum scelus racionem habet quod Affricanus
idem ait apud Livium ut reliquorum sit ingra-
titudinis rationem nullam esse, causa | autem pro-
fecto fuit invidia individua comes et prosperi-
tatis et glorie. Contra vero perpetui amoris inter
populum Romanum et alienigenas reges, nisi parum
acute pervideo(!) racio hec a veritate non ab-
horrens fuerit. Que obsequia de longinquo hec
ex Affrica, illa ex Asia percepta eo suavius Ro-
manorum obrepsere animis eoque tenacius
inhesere quo minus inde talia sperabantur;
rursum [illegible] populi dignacio peregrinas
mentes tanto arecius(!) innexuit quanto inopi-
nacior et novitate ipsa mirabilior fuit. Habes
propositi mei summam, pedetemptim ad te
pervenit oracio. Tu non procul ab Elicone
genitus atque educatus, in terra multum di-
versis studiis dedita, ubi scilicet ista ista
rerum non magnopere expetuntur sed vulgo
eciam contempnuntur, densam errorum vulgarium
ac circumfusam nebulam perrupisti teque in a-
pertam(!) veri speculam(!) alis ingenii et studiorum
plurimis auxiliaribus evexisti. Inde tibi
liberius quid pulchrum quidve magnificum

1, nullum = nullam
f. 1362 Sp. 1.
3, non
1, vulgo